D. O. M. A.

AUTHORITATE ET CONSENSU NOBILIUM, STRENUORUM, MAGNIFICORUM,

&Clariſſimorum Virorum, &c. Magnifici Domini Rectoris, Spectabilis Domini Decani, Inclytæ facultatis Juridicæ Dominorum Seniorum, Sacræ Cæſareæ Majeſt. Coſiliariorum, &c. adeoq; totius Ampliſſimi JurisConſultorumCollegij in antiquiſſima & celeberrima Univerſitate Viennenſi ſubſequentes Theſes ex aſſignato C. *Contractus 85. de R. J. in 6.* cum annexa quæſtione Civili, pro prima in utroque jure Laurea conſequenda, publico certamini Academico ſubmittit.

JOANNES ADAMUS MONZELI, Styrus Kapfenbergenſis, Philoſ. Mag. J. U. St.

THESIS PRIMA.

COntractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur.

II.

NIhil enim fidei humanæ magis congruum eſt, quàm ea, quæ placuerunt inter partes, cuſtodire.

III.

QUod procedit ſive conventio in ipſo contractu exprimatur, ſive in continenti poſt contractum adijciatur.

IV.

ADeò, ut nihil referat etiamſi natura rei in contractum deductæ exinde alteretur.

V.

FAllit ubi conventio talis appoſita foret contra ſubſtantiam contractûs, aut contra legis formam.

VI.

VEl in præjudicium Juris publici tenderet, aut ad delinquendum invitaret.

QUÆSTIO CIVILIS.

Deſumpta ex l. fiſtulas. 78. §. frumenta 3. ff. contrahen. empt.

UTrum obligans ſe ad caſus fortuitos, teneatur etiam de inſolitis?

Diſputabuntur in Collegio DD. J. C. horis pomerid. die 25. menſis Septembris Anno 1662.

VIENNÆ AVSTRIÆ, Typis Joannis Jacobi Kürner, Inferioris Auſtriæ Typographi.